

ALEXANDER TERTIUS.

HADRIANUS QUARTUS PONT. CLXXII.
ANNO DOMINI MCLIX.



Hadrianus IV. Natione Anglicus; Nicolaus ante dictus, Roberti filius, ex villa Malvebitia, oppidi Vitulamii, alias S. Albani, Batoniensis diocesis, Episcopus Albanensis, creatus Roma Nonis Decembris 1154. Vixit annos 4. menses 8. dies 28. creavit Cardinales 16. Obiit Anagniæ, Anno Domini 1159. Kalend. Septemb. cuius Corpus Romam devictum, in Ecclesia S. Petri conditum est. Vacavit sedes Romana dies tres.

ALEXANDER TERTIUS PONT. CLXXII.
ANNO DOMINI MCLIX.



Alexander III. fuit natione Tuscus, patria Senensis, a familia nobili Bendinella, quæ postea Paparona dicta est. Rolandus ante vocatus, Raynerii filius, Canon. Regul. presbyter Card. tit. S. Marci, & Apost. Sedis Cancell. Creatus quinto Nonas Septemb. 1159. Coron. die Dominico 12. Kal. Octob. Vixit an. 21. menses 11. dies 23. Creavit Card. 44. Obiit 6. Kal. Septemb. Anno Dñi 1181. Sepultus in Basil. S. Joan. Lateran. Vacavit sedes dies 2. Victor IV. Antipapa sedis contra Alex. annos 4. menses octo, autem ejus obitum Paschalil. III. Pseudoponifex delegatur, sedis annos circiter quaque, in ejus locum Calligilus III. creatus cum sedisse an. Octo, tandem Alex. III. ut verum Pont. venerata anno 1178.

Canonizatio S. Eduardi Regis Angliae, ejusque ascriptio in numerum Sanctorum Confessorum.

Hujus Sancti Festum agitur die 5. Ianuarii.

ALEXANDER EPISCOPIVS, Edi. A.D.
Servus Servorum Dei: Venerabilis Fratribus Archiepiscopis, 1161.
Episcopis, ac Dilectis filiis Abbatibus, Prioribus,
aliisque Ecclesiasticis Prelatis per Angliam constitutis,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Illiustus devotionis constantiam, & fidei firmatatem, quam circa Matrem vestram Sacrosanctam Romanam Ecclesiam exhibetis, diligentius attentes, in id propositum voluntatis adducimur, ut vos sicut charissimos fratres, & speciales Ecclesiae filios sincera charitate in Dño diligamus, propensius honoremus, & postulationes vestras quantum cum Deo possumus, libenti animo admittamus.

§. 1. Inde utique fuit, quod super petitione, quam de Eduardo gloriose quondam Rege Anglotum, canonizando, & in Sanctorum Catalogo ascribendo, tam carissimus in Christo filius noster Henricus, Illustris Angelorum Rex, quem vos ipsi, nobis instantius porrexistis, sollicitam cum fratribus nostris deliberationem habentes, libro miraculorum inspecto, quæ dum in carne mortali viveret, & postquam de praesenti saeculo est assumptus, omnipotens Dns per sciam misericordiam declaravit. Visis etiam literis antecessoris nostri pia record. Innoc. Papæ, vestris quoque testimonis inde receptis; quævis negotiis tam arduis & sublime, non frequenter soleat nisi in solemnibus Conciliis de more concedi.

§. 2. De communī tamen fratrum nostrorum consilio, Hic ergo P̄-
juxta votum & desiderium predicit filii nostri Regis, ac tis ex atten-
vestrum, corpus ipsius Confessoris ita glorificandum
censuimus, & debitum praecōniū adorandum in terris, si-
cūt eundem Confessorem Dominus per suam gratiam
glorificavit in cœlis. Vnde videlicet inter sanctos Con-
fessores decreto numeretur, qui hoc ipsum apud Deum
signis meruit, ac virtutibus obtinere.

§. 3. Quia igitur decet honestatis vestrae prudentiam, Hoc ergo P̄-
eum piè colere, & toto studio venerari, quem auctoritate
Apostolica venerandum vestra postulavit devo-
to, & toloendū; universitatem vestram per Apostolica scripta
monemus, & exhortamur in Domino, quatenus cum ita
deinceps studeatis debitum obsequiu honorare, ut ipsius
intercessione apud districtum Judicem mereamini
veniam obtinere, & gloriosum in æterna beatitudine
præmium invenire.

Dat. Anagniæ 7. Idus Februarii.

Hoc ergo P̄-

tis ex atten-

ejus meritis

& miraculis

ss. Confessio-

rum ascribit

numero.

Hoc ergo P̄-

Prædictos ad

ejusdem ve-

terationem.

D.P. Amis.

die 7. Feb.

Canonizatio S. Bernardi, primi Abbatis Clarevallensis, & institutoris Ordinis Monachorum Cisterciensium S. Benedicti, ejusque relatio in numerum Sanctorum Confessorum, cum institutione sua festivitatis.

Alias similes literas ad Regem Francia, alias ad Abbates Ordinis Cisterciens. alias quoque ad Abbates Clarevallenses, sub hac eadem die, hic Pont. dedit, quas tamen uti minùs necessarias hic inserere pratermis.

Hujus Sancti Festivitas celebratur die 20. Mensis Augusti. Et hujus Ordinis materia est tibi indicata sup. in Pasch. II. const. i. Desiderium.

ALEXANDER EPISCOPIVS, Edi. A.D.
Servus Servorum Dei: Venerabilibus fratribus universis 1149.
Archiepiscopis, Episcopis, & Dilectis filiis Abbatibus,
aliisque Ecclesiasticis Prelatis, in Regno Francia constitutis,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Contigit olim dum essemus Parisis constituti, ut
Cimagni quidam, ac Venerabiles Viti, de canonizado

F 4 Sanctæ

ALEXANDER TERTIUS.

Nostri monachorum fundat record. Bernardo, quondam Clarevallensi Abbat. prosequentes per ad petitionem vel favorem unius ali-

us, qui statutis, unde alter scandalizari debeat, aut quo-

modo turbari.

§. 2. Ad hanc, vobis distractiūs prohibemus, ne inter-

que velletis, vel alter Regnum Anglorum intrare, vel de-

negotio vobis legi traxeres & preletum de conse-

cratione. Et si vobis aliquis inquam efficeret, vel

ordinaret, ut in eis prius venerabilis Frater noster

Thomae Cantuarie Archiepiscopi jam dicto Anglo-

ruri Regi ex hoc reconciletur. Quid per studium,

& operas venientia merante Domino, ad effectum posse

perducere, non potest, sicut enim ex

literis monachorum, quod in eis accepimus, nihil

est, unde profectus. Et quod in eis tota terra ipsius

amplius commercium habet, quam ex his que

Ioannes Sacreberus in libro suo nobis cedens, in par-

tibus illis dicitur. Dat. Benevoli 15. Februario 1509.

Prohibi-
que ne in-
terit Regn.
Anglia, m.
pravis rea-
ciliacione
Thomae Ca-
ntuarie, p.
cum Rege
Anglia.

D.P. A. 9. di
22. Aug.

I V.

Canonizatio
de S. Thomae Cantuarie Archiepiscopi adscriptio in Catalogo SS.

Maior.

Celebra S. Romana Ecclesie festivitas dies
Sancti die 29. Decembris

ALEXANDER EPISCOPVS.
1171.
Servus Servorum Dei: Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis & dilectis filiis aliis Ecclesiasticis Pre-
latis, & universo Clero, & populo per Angliam constitutis,
Salutem & Apostolicam benedictionem.

*R*edeole Anglia fragantia, & virtute signorum, que
per merita illius sancti & venerabilis viti Thomae
quondam Cantuariensis Archiepiscopi, Omnipotens
Dominus operatur. Et universa latatur ubique fidelium
Christianorum Religio pro eo quod ille, qui est intransigent &
gloriosus in Sanctis, Sanctu suum post mortem clarificavit,
cujus vita laudabilis multa fulsis gloria meritorum,
& tandem martyrio consummata est certaminis gloriosi.
Quamvis autem de Sanctitate ipsius dubitari non possit,
qui eius vitam & laudabilem conversationem attendit,
& gloriosam considerat passionem, voluit ratiq. Salvator,
& Redemptor noster, ejus sanctitatis insignia magnifica
irradiare miraculis. Ut qui pro Christo insuperabilis
virtutis existentia, necessitates & pericula pertulit,
lui laboris & mortuaminis in regna Beatitude cognoscatur ab omnibus perceperisse triumphum.

S. Thomae
Cantuarien-
si merita &
miracula.
Sic et quid
Henricus VIII.
Rex Anglia
fave non
erubuit in
offa huic
S. illi, ut infi-
ca Pauli III.
confit.
Eius qui.

Canonizatio
eisdem.

§. 1. Nos vero, auditis innumeris & magnis miracu-
lis quae jugiter per illius Sancti viri merita heri Universitas narrat fiduciam, & lapes his non sine magno gaudio
per dilectos fratres, aciebat Albertum tit. S. Laurentii in
Lucina, & Thos. Radum tit. S. Vitalis Presbyteros Cardi-
nales, atque apostolicis Sedis Legatos (qui eadem mira-
cula tanto per seculis didicunt) quanto amplius sunt
loco vicini, principiū certiores esse, & plurimum alia-
rum personarum testimonio, fidem sicut debuimus adhi-
bentes, ad eum Archiepiscopum solemniter in Ecclesie
maiori collegio ibidem Clericorum, & Laicorum
presentem in capite jejunii deliberato fratrum nostrorum
consilio, canonizavimus, ipsiusque decrevimus Sancto-
rum Catalogo adscribendum.

Iustitia cele-
brandi na-
tales ipsius.
D.P. An. 14.
die 12. Mar.

§. 2. Universitatem itaque vestram monemus, & au-
toritatem qua fungimur distracte præcipimus, ut natalem
predicti gloriosi Martyris diem passionis sua solenniter
lingulis annis celebratis, & apud ipsum votivis oratione
nibus satagatis veniam promereri. Ut qui pro Christo,
in vita exilium, & in morte virtute contantia, passionis
martyrii pertulit, fidelium iugi supplicatione pulsatus,
pro nobis apud Dominum intercedat.

Datum Signis 4. Idus Martii.

Approbatio Ordinis, seu militiae S. Jacobi de
Spatha, in Regnis Hispaniarum nuper institu-
tae, cum gratiarum & privilegiorum clargitione.

V.

Admini-

38

Nostri monachorum fundat record. Bernardo, quondam Clarevallensi Abbat. prosequentes per ad petitionem vel favorem unius ali-

us, qui statutis, unde alter scandalizari debeat, aut quo-

modo turbari.

Contra virtu-
tes & merita
hic indicau-
tur.

¶. 1. Nuper autem ex instantia & devotione Clareval-

lis fratrum, & aliarum sublimium personarum clementi-

apud nos precibus innovatis, reduximus ad antemoriam

nostram, e jussu B. Viti Sandam & Venerabilis vitam,

qualiter ipse singularis gratia prerogativa suscepit, non

solum in se ipso sanctitatem, ac Religionem profulerit, sed

etiam in universa Ecclesia Dei fidei & doctrina laude-

rariat. Fructum vero quem in domo Domini, & verbo

operatus est & exemplo, nullus fere terminus sanctorum

Christianitatis ignorat, cum usque ad exterias quoque &

barbaras nationes, sancta Religionis instituta transmis-

xit, atque Monasteriorum fundationem extenderit, & in-

finitam multitudinem peccatorum per via secularis lati-

tudinem incidentem, ad spiritualis vite restitutinam re-

vocavit. Specialiter autem Sacrosanctam Romanam Ec-

clesiam, cui auctoritate Deo presidemus, ita quondam sub

gravis persecutionis turbine laborantem, tamen vite merito,

quam data sibi ocellum sapientia studio sustentavit,

ut dignè quidem, & nobis omnibus ejusdem Ecclesia

filiis in memoria habendus, & devotione perpetua ve-

nerandus. In afflictione vero corpori sui usque adeo, sibi

Mundum sequre Mundo reddidit crucifixum, ut confida-

mus Martyrum quoque cum merita obtinere sanctorum,

quem confessionis ordine, & paternonia vita tam lon-

gum constar duxisse martyrium.

¶. 2. Quibus omnibus pia consideratione pensatis, &

in Concilio Fratrum nostrorum expositis, confisi de ini-

sericordia Dei, cui perseveranter & fideliter militavit,

neon & de Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, &

e jussu Beatisimi Confessoris metitis praesumentes,

cum Apostolica Sedis auctoritate Catalogo Sanctorum

ad scribi mandavimus, & commemorationis sua Festum

decrivimus modo publice celebrandum.

¶. 3. Vos ergo qui & e jussu Sedis Apostolicae insti-

tuta suscipere, & Deum in Sanctis suis consuevitis glo-

riosius honorare, sic memoriam Sancti hujus celebretis,

in terris, ut precibus ejus & meritis, digna premi-

recipiatis in eccles.

Dat. Anagniae 15. Kalendas Februarii 164.

D.P. A. 5. die

18 Ian.

III.

De Reconciliatione Regum Francie, & Anglie

à Sedis Apostolicae Legatis de latere ad hoc

destinatis, omni studio & æqua lance curan-

da, una cum reconciliatione Thomae Archie-

pisopi Cantuariensis cum eodem Rege Anglie.

¶. 1. Nos ergo qui & e jussu Sedis Apostolicae, S.

Servus Servorum Dei: Dilectis filiis Willielmo Sancti Petri,

ad Vincula Presbytero & Oddoni S. Nicolai in Carceri

Tulliano Diacono Cardinali, & Apostolica Sedis Legatis,

Salutem & Apostolicam benedictionem.

¶. 2. ALEXANDER EPISCOPVS.

1168.

¶. 3. Nos vero, auditis innumeris & magnis miracu-

lis quae jugiter per illius Sancti viri merita heri Universitas narrat fiduciam, & lapes his non sine magno gaudio

per dilectos fratres, aciebat Albertum tit. S. Laurentii in

Lucina, & Thos. Radum tit. S. Vitalis Presbyteros Cardi-

nales, atque apostolicis Sedis Legatos (qui eadem mira-

cula tanto per seculis didicunt) quanto amplius sunt

loco vicini, principiū certiores esse, & plurimum alia-

rum personarum testimonio, fidem sicut debuimus adhi-

bentes, ad eum Archiepiscopum solemniter in Ecclesie

maiori collegio ibidem Clericorum, & Laicorum

presentem in capite jejunii deliberato fratrum nostrorum

consilio, canonizavimus, ipsiusque decrevimus Sancto-

rum Catalogo adscribendum.

¶. 4. Universitatem itaque vestram monemus, & au-

toritatem qua fungimur distracte præcipimus, ut natalem

predicti gloriosi Martyris diem passionis sua solenniter

lingulis annis celebratis, & apud ipsum votivis oratione

nibus satagatis veniam promereri. Ut qui pro Christo,

in vita exilium, & in morte virtute contantia, passionis

martyrii pertulit, fidelium iugi supplicatione pulsatus,

pro nobis apud Dominum intercedat.

Datum Signis 4. Idus Martii.

III.

De Reconciliatione Regum Francie, & Anglie

à Sedis Apostolicae Legatis de latere ad hoc

destinatis, omni studio & æqua lance curan-

da, una cum reconciliatione Thomae Archie-

pisopi Cantuariensis cum eodem Rege Anglie.

¶. 1. Quocirca discretionem vestram per Apostolica

scripta monemus, mandamus atque præcipimus, quate-

nus ad pacem inter eos & concordiam reformatam mo-

dis omnibus per vos & per alios Religiosos discretos vi-

ros utriusque Regni integrum studeatis, & ad hoc tota-

diligentia & totis viribus laboreatis. Modis omnino modis

ALEXANDER TERTIUS

59

*Administrationem hujus Militia Regi Hispaniarum
perpetuo concepsit Adrian. VI. inf. in ejus consl. 1.
Dum intra. Et eorum privilegia vide in consl. 32.
Clem. VII. Ex Apostolica.*

*ALEXANDER EPISCOPOS
Servos Servorum Dei: Dilectis filiis Petro Ferdinando,
Magistro S. Iacobi, eisque fratribus clericis, & laicis,
tam presentibus quam futuris, communem vitam professis,
in perpetuam rei memoriam.*

Proemium.

edit. A. D.

175^o

*Quidam no-
biles viri in
Hispanis;
Dio militare
volentes, ut &
militiam
ab uno eo-
rum Magis-
tro inscri-
bant.*

*Qui Magister
et milites
Papa suppli-
carunt, ut
sua pro-
tectione sus-
cipiant.*

*Papa ergo
eis sic reci-
puit et cum eorum
ad eum con-
sumebat.*

Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui Ecclesiam suam nova semper prole fecundat. Et sicut pro patribus filios in ea facit exurgere, sic à generatione in generationem notitiam nominis sui, & lucem fidei Christianæ diffundit. Ut si cut ante ortum solis stella sece ad occasum in firmamento sequuntur, ita in Ecclesiasticis gradibus generationes justorum (antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & tenebras veri solis splendor illuminet) per tempora sibi succedant. Et sicut multi sacerdoti caudam Draconis dejiciuntur in terram, ita per adoptionem spiritus, quotidiana fiat reparatio perditorum, & de profundo inferni ad quarenda multi cœlestia erigantur. Et ita corpora teneantur in terra, ut tanquam cives sanctorum, & domestici Dei cogitatione, ac desiderio conserventur in cœlis.

§. 1. Hoc sane temporibus nostris in partibus Hispaniarum de divino factum munere gratulamus, ubi nobiles quidam viri peccatorum vinculis irretiti, & miseratione illius qui vocat ea que non sunt, tanquam ea que sunt, superna gratia afflati, & tacti super multis transgressionibus suis dolore cordis intinsecus, & praeteritorum agentes penitentiam peccatorum, non solum possessiones terrenas, sed & corpora sua stare in extrema quæque pericula pro Domino decreverunt. Et ad exemplum Domini nostri Iesu Christi, qui ait: Non venite voluntate meâ, sed eis qui misit me patris, in habitu, & conversatione Religionis, sub unius Magistri statuerunt obedientia commotari. Eo utique moderamine propositum suum & ordinem temperantes, ut quia universa turba fidelium in conjugatos, & continentis distinguatur, & Dominus Jesus Christus non solum pro virtute, sed & pro feminis quoque, de feminâ nasci voluit, & cù hominibus conversari, habeatur in ipso ordine, qui cœlibem ducant vitam, & consilium Beati Pauli sequitur, qui dicit: De virginibus autem preceptum Domini non habeo, & solum autem do. Sint etiam qui juxta institutionem Dominicam, ad procreandam sibi, & in continentia præcipitum evitandum, conjugibus suis utantur, & urâ eis ad incolatum superna patriæ de convallis lacrymarum, & terrena tristis peregrinatione nitantur, & lacrymis diluant, & operibus pietatis reatus. Quibus supra fundamentum suum (quod Christus est), pro cura carnis & affectibus libertoru, ligna, foenum, stipulas ædificare contingit, cùm alii expeditiores & continentes, edificant aurum, argentum, & lapides pretiosos. Et isti tamen & illi milistent uni Regi, & super unum fundamentum cœlestem unam ædificent mansionem, promulgatione Psalmista in Domino roborati, qui minora quoque membra Ecclesiae confortat, & dicit: Imperfœtum meum viderunt oculi mei, & in libro tuo omnes scribentur.

§. 2. In horum autem fidelium Christi collegio, tandem in Domino fili Petre Ferdinande per voluntatem Dei magisterium super alios, & providentiam suscepisti. Qui cum quibusdam fratrum tuorum ad presentiam nostram accedens, cum humilitate qua decuit, à Sede Apostolica requisisti, ut vos, tanquam peculiares filios in defensionem nostram, & locum in quo caput ordinis factum fuerit, in ius & proprietatem sacrosanctæ Romanae Ecclesie recipere deberemus.

§. 3. Unde nos devotionem vestram & bonum in Domino desiderium attendentis, de communis fratrum nostrorum consilio in speciales & propriis sacrosanctæ Romanae Ecclesie filios vos recipimus. Ordinem vestrum auctoritate Apostolica confirmantes presentis scripti privilegio communimus.

§. 4. Statuentes, ut quascumque possessiones, quæque bona in presentiarum iustæ & legitime possidetis, aut ita posterum concessione Pontificum, largitione Regum, vel

*bonorum ab-
missione &
concessio-*

Principum oblatione fidelium, seu alii justis modis partrate Domino poteritis adipisci, firma & vobis & vestris successoribus, & illibata permaneant. In quibus haec præfisi duximus exprimenda vocabulis. Lodium & monasteriū, cum cauto & pertinentiis suis. Burgum de ponte Nunii contra Lodium, cum suis pertinentiis. Crescente cum cauto & suis pertinentiis. Quintanilla de Petro Fernández, cum cauto & suis pertinentiis. Batria cum cauto & suis pertinentiis. Lentamo cum suis pertinentiis. Sanctum Salvatorem del Estriana, cum cauto & suis pertinentiis. Moncont, cum cauto & suis pertinentiis. Penagosen cum suis pertinentiis. Santa Maria de Pinel, cum suis pertinentiis. Veles, cum suis pertinentiis. Alfarella, cum suis pertinentiis. Orella cum suis pertinentiis. Mora, cum suis pertinentiis. Moravieja, cum suis pertinentiis. Decimæ de Valera, & Portadgo, cum suis pertinentiis. Estehera, cum suis pertinentiis. Alazar, cum suis pertinentiis. Almodova, cum suis pertinentiis. Latunda, cum suis pertinentiis. Lazarza, cum suis pertinentiis. Sancimus præterea ne occasione antiquæ detencionis, sive scripture, quæquam vobis possit auferre, quæ ultra memoriam hominum, sub Saracenorum detenta sunt potestate, & de munificentia Principum, seu vestro studio & labore, aut jam obtenta sunt, aut in futurum auxiliante Domino, poteritis obtainere. Cum enim unica sit nobis intentio, & singularis cura semper emineat pro defensione Christiani nominis decertate, non solum res, sed personas ipsas prætuitione fratrum incunctatæ exponere, plutinum posset hoc pius opus & laudabile studium impetrare, si labores, & stipendia vestra, que in communis proficiunt, præcipiantur ab aliis; & otiosis, ac desides, atque in laboribus suis, non quæ Jesu Christi, sed quæ sua sunt requientes emolumenta, illa perciperent quæ pro tantis laboribus vobis & pauperum Christi uibus sunt provisa, dicente Apostolo, Qui non laborat, non manducet.

§. 5. Inter ea sane, quæ professionis vestra in ordine statutum est observari, primum est, ut sub unius Magistri obedientia in omni humilitate atque concordia, sine proprio vivere debeatis, illorum fidelium exemplum habentes, qui ad fidem Christianam Apostolorum prædicacione conversi, vendebant omnia, & ponebant pretium ad pedes illorum, dividebaturque singulis, prout cuique opus erat, neque aliquis illorum qui possederat, suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia.

§. 6. Ad suscipiendum quoque problemum, quæ in timore Domini mutiretur, & infirmitatis humanae remedium juxta institutionem Domini, & indulgentiam Apostoli, qui ait: Bonum est homini mulierem non tangere, propter formicationem autem unusquisque uxorem suam habeat, & similiter mulier vitum suum: qui continere nequiverit, conjugij fortior, & servet inviolatam fidem uxori, & uxori viro, ne thori conjugalis continentia violetur. Si autem viri præmortui fuerint, & reliæ uxores quæ ordinem suscepserint, nubere voluerint, denunciet hoc Magistro, sive Commandatori, ut cum illis scientia cui mulier ipsa vult nubat, secundum verbum Apostoli dicentis; Mortuo viro soluta esse intelligitur mulier à lege viri, cui vult nubat, tantum in Domino: Quod etiam de viris intelligitur observandum, una ceterum utrique legi tenetur.

§. 7. Statuimus quoque ut nullus frater, sive fororum post susceptionem ordinis vestri, & promissam obedientiam, vel redire ad sæculum, vel ad alium Ordinem, sine magistri licentia, audeat se transferre, cum sint in Ordine vestro loca statuta, ut quisque districtus valeat conversari. Discedentem vero nullus audeat retinere, sed ad Ordinem suum per censuram Ecclesiasticam, qui discesserit cogatur.

§. 8. Ut autem in Ordine vestro, cum majori omnia deliberatione tractentur, statutum est inter vos, ut locus novatus, & de aliis ordinis ordinetur, in quo per singulos annos in solemnitate omnium Sanctorum generale Capitulum teneatur, & sit ibi clericorum conventus & Prior, qui illorum, & aliorum clericorum qui de Ordine vestro fuerint, cu- prof. ritu rati

ram possit habere, ac fratum; cum necesse fuerit, provideat animabus. Sint autem tredecim in Ordine fratres, qui Magistro, cum opus fuerit, in consilio, & dispositione domus assistant, & eligendi Magistri curam habeat competentem. Prior siquidem clericorum, cum Magister migraverit de hac luce, de Domo, & Ordine solicitudinem gerat. Cui sicut Magistro Ordinis obedientes existant, donec per providentiam tredecim predicatorum fratrum magistri electio celebretur. Is (cum transitus Magistri fuerit auditus & cognitus) tredecim illos fratres, sine dilatione aliqua convocabit, & si quisquam eorum infinitate vel alia ex causa, infra quinquantu[m] dies adesse nequeritur, cum aliquo consilio, qui presentes fuerint, alium absens loco constituet, ut Magistri electio ex aliquorum absentia minime differatur. Illi vero tredecim fratres (si magister, qui pro tempore fuerit, pernicius aut inutilis apparuerit) cum consilio Prioris clericorum, sanioris partis Capituli, & Majoribus domus corrigit, aut etiam amovendi eum, habecant potestatem. Et si inter eum & Capitulum emergerint quæstiones, debet eis finem imponit, ne per aliena iudicatio, vel dilabatur Ordo, vel temporalis substantia dissipetur. In nullam autem ex hoc fratres illi superbiā eleventur, sed Magistro suo devoti & obedientes existant. Et si quis eorum ex hac vita transferit, vel pro culpa, seu alia quacumque fueti occasione mutandus, Magister cum consilio reliquorum majoris partis alium loco ejus substituat. In Capitulo autem quod diximus annis singulis celebrandum, tredecim isti fratres & Commendatores domorum, nisi evidens & magna eos necessitas detinuerit, ad statutum locum incundanter accurrant, & communiter tradent quæ ad profectum Ordinis, animarumque salutem, & sustentationem corporum fuentia statuunt. Vbi præcipu[m] ad defensionem Christianorum intendere moneantur, & districtè præcipiant, ut in Saracenos, non munandan[ti] laudis amore, non desiderio sanguinis effundendi, non terrenatum rerum cupiditate bellum tractent, sed id tantum in pugna sua intendant, ut vel Christianos ab eorum tueantur incursu, vel ipsos ad culturam possint Christianam fidem provocare.

Visitatorum eleborum & manus indicata.

§. 9. Eligantur & tunc Visitatores idonei, qui domos fratrum per anni circulum fideliter visitent, & que ibi digna correctione invenerint, aut ipsi corrigant, aut ad generale Capitulum ipsi deferant corrigenda.

Clericorum & Prioris vitam & operum designat.

§. 10. Clerici præterea vestri Ordinis, per villas & opida simul maneat, & Priori, qui super eos fuerit ordinatus, obedientes existant. Et filios fratrum qui eis à Magistro fuerint commissari, intruant scientia litterarū. Et fratribus, tam in vita quam in morte spiritualia subministrant. Inducant autem superpellicies, & conventum, & claustrum sub Priore suo tenebunt, & humiliter facient, quod ab ipso illis, secundum Deum fuerit imperatum. Vbi fratres quoque, de quibus Magistro visum fuerit, convertentur, & non sint otiosi, sed vacent orationi, & aliis operibus pietatis, Clericis vero de laboribus, & aliis bonis à Deo praestitis decimè reddantur à fratribus, unde libros & congrua faciant Ecclesiastum ornamenta, & in necessitatibus corporum convenienter sibi prædeant. Et si aliquid superfuerit, secundum providentiam magistri, in usus pauperum erogetur.

Commendatoris manus praescribitur.

§. 11. Ut autem concordia charitasque inter vos servetur, & à peccato detractionis & murmuracionis cuncti debent abstineret, qui commendator in quolibet loco fuerit constitutus, pro facultate domus, in sanitate, & ægritudine, quodcumque opus fuerit, cum ea solicitudine ac benevolentia subministret, ut neque in substantia paritate, neque in verbo amaritudinem gerere videatur.

Hospitalium & hospitiorum curam componit.

§. 12. Si vobis præcipua cura hospitalium & indigenitum, & necessaria illis pro facultate domus liberaliter confentetur.

§. 13. Exhibeat Prælatis Ecclesiastum honor & reverentia. Subministretur Christi fidelibus Canonis, Monachis, Templaris, Hospitalariis aliisque in sancta Religionis observantia politis, consilium & auxilium, quorumlibet & indigentia, si facultas fuerit, subleveretur, ut Deus in vestris glorificetur operibus, & alii qui viderint humilitatis, & charitatis vestre provocentur odore.

§. 14. Ad hæc adjiciendum decernimus, ut si, locus aliquis, in quo Episcopus esse debeat, in vestram venerit protestatem, sit ibi Episcopus, qui cum Ecclesiis & clero suo designatos sibi redditus & possessiones, & spiritualia iura percipient. Reliqua vero cedant in usus vestros, & in vestra dispositione, sine cuiusdam contradictione, persistant. Profectò in Parochialibus Ecclesiis, quas habetis, noluntis Episcopos suo jure fraudari. Si autem in locis desertis, aut in ipsis terris Saracenorū de novo Ecclesiis construxeritis, Ecclesiis illæ plena gaudeat libertate, ne aliqua per Episcopos decimaru[m], aut alterius rei exactione graventur. Liceat vobis per clericos vestros idoneos eisdem Ecclesiis cum suis plebibus gubernare, neque interdicto per Episcopos, vel excommunicationi subdantur, sed fas sit vobis, tam in majori Ecclesia, quam caput fuerit Ordinis, quam in aliis, excommunicatis & interdictis exclusis, divina semper officia celebrare.

§. 15. Præterea, ne humanis vexationibus & calunniis, à definitione Christianorum retrahi valeatis, Apostolica auctoritate decernimus, ne personas vestras, præter Legatum Apostolicum Sedis à Latere Romani Pontificis destinatum, interdicere quisquam, & excommunicare presumat. Quod etiam de familiis & servientibus vestris statuimus, qui stipendia vestra percipiunt, donec justitiam parati sint exhibere. Nisi forte talis fuerit culpa, ex qua ipso facto Ecclesiasticam censuram incurrant.

§. 16. Chrisma vero, & oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, ordinationes Clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, à diocesanis suscipiatis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit, & ea gratis, & absque ulla pravitate vobis debeat exhibere. Alioquin liceat vobis quem malueritis Antistitem adire, qui nostra fultus auctoritate, quod postulatur indulget.

§. 17. Liceat præterea vobis in locis vestris, ubi quietu[m] fratres, vel plures fuerint, Oratoria construere, in quibus fratres, & familia vestra tantum, & divinum audire officium, & Christianam possint habere sepulturam. Ita enim volumus necessitatibus vestra consulere, ut non debeant ex hoc adjacentes Ecclesiæ injuriam sustinere.

§. 18. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, supprella voce, divina officia celebrare.

§. 19. Nihilominus præsenti decreto sancimus, ut si quis in aliquem vestrum, fratrem videlicet, vel sororem, violentas manus injecerit, excommunicationis sententia sit adstricetus. Et illud idem pro tutela vestra, tam in sententia quam in pena servetur, quod sub felicis memorie Papa Innocentio prædecessore nostro, de tuitione clericorum generali Concilio noscitur institutum.

§. 20. Decernimus ergo ut nulli hominum liceat jura vel possessiones vestras temere perturbare, aut bona vestra auferre, vel ablata retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnino profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate.

§. 21. Ad indicium autem hujus à Sede Apostolica perceptæ liberalitatis, decem Malachinos nobis nostris que successoribus annis singulis persolvetis.

§. 22. Si qua igitur secularis, Ecclesiasticae persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contravenire tentaverit, secundum tertio monita, nisi præsumptionem suam digna satisfactio revocaverit, potestatis, honoriisque sui dignitate careat, reamque se Divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat, & à factissimo corpore, a sanguine Dei, & Domini nostri Redemptoris JESU CHRISTI aliena sit, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat.

§. 23. Cunctis autem vobis vestra iura servantibus sit Pax Domini nostri JESU CHRISTI, quatenus & hic fructum bona actionis percipiant, & apud districtum Iude dicem præmia æternæ pacis inventari. Amen.

Vias tuas Domine demonstra mihi.

Ego Alexander Catolica Ecclesia Episcopus.

Bonorum & quarendorum pacifici p[ro]fessionem al[li]anzis, sine præjudicio Episcoporum præterquam in Terris garracoru[m]

Personas in rium interc. ei vestas.

Tuattenu

Cone. Tric.

suff 25. o. 11

Ordinatio[n]es ab Epis copis denegati vi prohibiti.

Oratoria & firmendi sculebat in cedit.

Tu vido con fit. 99. Clem VIII.

Celebrandi que tempore interdicti.

Perturbari quoquomodo prohibiti.

Annuam sedis Apol. recognitionem dari jubet.

Giraventis tribus panis imponit.

Beneficioribus pacis indicat.

Papa substitutio.

Ego

ALEXANDER TERTIUS.

71

scriptio
Ego Gualterus Galuam Episcopus.
Ego Joannes Presbyter Cardinalis SS. Joannis & Pauli tituli Pammachii.
Ego Joannes Presbyter Cardinalis tit. S. Anastasie.
Ego Albertus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina.
Ego Basilio Presb. Card. S. Pudentianae tit. Pastoris.
Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Ceciliae.
Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Sabinae.
Ego Jacinthus Diaconus Card. S. Mariae in Cosmedin.
Ego Corditio Diaconus Card. S. Theodori.
Ego Cynthus Diaconus Card. S. Adriani.
Ego Vitellius Diaconus SS. Sergii, & Bachii.
Ego Laborans Diaconus Card. S. Mariæ in porticu.
Ego Ramerius Diaconus Card. S. Georgii ad Velabrum.
Ego Vivianus Diaconus Card. S. Nicolai in Carceri Tulliano.
*P. An. 16.
t. 3. Iulii.*
Dat. Ferentia per manum Gratiani S.R.E. Subdiaconi, & Notarii, tertio Nonas Julii, Indictione octava, Incarnationis Dominicæ anno 1175. Pontificatus vero D. Alexandri Papæ III. Anno sextodecimo.

Ecclesiam S. Barbæ de Menna; Ecclesiam S. Jacobi de Callo; Ecclesiam S. Marthæ de Mallimacho; Ecclesiam S. Petri de Largo Flumine; Ecclesiam S. Veneris de Venillis; Ecclesiam S. Theodori de insula Milasii; Ecclesia SS. Anne & Nicolai de monte Fori; Ecclesiam S. Georgii de Troilo; Obedientiam de Agro; Obedientiam de Salice. In Calabria autem obedientias has; Ecclesiam S. Pancratii de Ebriatico; Ecclesiam S. Theodori de Nicotera; Ecclesiam SS. Cosmae & Damiani; Ecclesiam S. Nicolai de Drosio; Ecclesiam S. Viti cum tenimentis de Buzauno; Ecclesiam S. Jerusalem; Ecclesiam S. Canonis; Ecclesiam S. Joannis de Frulluzano; Obedientiam de Catuna; Obedientiam de Kecusilli cum tercia Argilli; Obedientiam de Tuchi cum omnibus pertinentiis & tenimentis eorum; Monasteria autem in Sicilia haec; Monasterium S. Richardi de Messana; Monasterium S. Salvatoris de Presbytero Scolatio; Monasterium S. Mariæ de Mallas; Monasterium S. Philippi de Messana; Monasterium S. Petri de Gitula; Monasterium S. Petri de Agro; Monasterium S. Salvatoris de Placa; Monasterium S. Eliae de Embola; Monasterium S. Basilii de Traina; Monasterium S. Philippi de Deinanna; Monasterium S. Pancratii; Monasterium S. Angeli de Brolo; Monasterium S. Mariæ de Gala; Monasterium S. Georgii de Giplo. In Calabria vero Monasterium S. Eliae novi; Monasterium S. Joannis de Laurea; Monasterium S. Fantini; Monasterium S. Pancratii de Salla, cum omnibus obedientiis eorum.

§. 5. In supradictis siquidem Monasteriis omnibus, *Archimandrita in*stituendi Ab*bates in*dis locis.****

debes tu filii Archimandrita, ac tui post te Successores, Abbates instituere, consilio & consensu qui in eis fuerint Monachorum. Et si quis Abbatum indignus fuerit Abbatia cui praest, tu illum & tui Successores justè & canonice amovere debetis, & alium substituere in loco eius, quem dignum prævideritis, juxta Dei timorem & Regulam Monasterii vestri.

§. 6. Liceat quoque vobis in supradictis omnibus monasteriis, & obedientiis examinare & judicare Abbates, que de Monachos, & Laicos eorum, tam de spiritualibus, quam temporalibus, & causas eorum justè, & canonice definire. Ipsi vero tibi tuisque Successoribus debent obedientiam, & reverentiam debitam exhibere, tanquam Patri & Archimandrite eorum, & justicias vobis solvere constitutas.

§. 7. Ad hæc, quacumque possessiones, quæcumque bona, tam de pescationibus, olivetis, nemoribus, molendinis, terris, vineis, cænetis, & pomariis, quam de hominibus, & quibuscumque aliis, idem Monasterium in praesertim ubique justè & canonice possidet, aut in futurum concessione Pôthicum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, ipsa vobis, & ipli Monasterio auctoritate Apostolica confirmamus. Eo tenore quod Messanensis Archiepiscopo & Successoribus ejus, tam tu filii Archimandrita, quam Successores tui, viginti solidos, centum libras cera, viginti incensi, & totidem cados, & olei, pro censu annuatuum solvere debeatis.

§. 8. Sanè novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de quibuscumque aliis preventibus vestris, vel de nutritiis animalium vestrum, nullus à vobis vel ab hominibus vestris, decimas exigere, vel extorquere præsumat.

§. 9. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos, liberos & absolutos è saeculo fugientes, ad Monasterium vestrum recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere.

§. 10. Prohibemus infuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in Monasterio vestro professionem, fas sit de eodem loco, nisi arctioris Religionis obtenu, absque Archimandrita sui licentia discedere. Discedente vero absque communium literatum cautione nullus audeat retinere.

§. 11. Prohibemus etiam, ut nullus ipsum Monasterium interdicere audeat, vel monasteria, aut obedientias ejus, seu homines eorum.

§. 12. Libertates quoque & immunitates antiquas, &

rationabiliter consuetudines Monasterii vestri concessas

& haec tenus observatas, ratas habemus, & eas perpetuis

temporibus illibatas permanere censemus.

§. 13. Ob

VI. Approbatio Ordinis Monachorum S. Basilii magni, in Monasterio S. Salvatoris Messanensis, in Provincia Siciliæ, omniumque largitionum Regis Rugerii.

Hujus Ordinis statuta quædam vide infra const. 26.
Eug. IV. Inter curas: Exemptiones & gratias vide const. 4. Calix. iiiij. Vrget, & Gregor. xxij. const. 58. Benedictus. Hunc ordinem sub unius Abbatis generalis regimine reduxit Greg. praedictus ibidem. Ac de eorum habitu in d. const. Greg. Et de erectione Novitiatuum in Italia, in fine Clem. 8. const. 50. Cum ad.

Congregatio autem reformatorum Monachorum fuit instituta, cuius ordinationes vide in Clem. 8. const. 103.

§. 1. ALEXANDER EPISCOPO VS,
Onuphrio Archimandrite S. Salvatoris Messanensis, eisque fratribus, tam presentibus, quam futuri Regularem vitam professi in perpetuum.

Sed. 2. Apostolica Sedi, cui, quanquam immeriti, providente Domino præsidemus, auctoritate debitoque nostri officii cœpimus, viros Religiosos sincera charitate diligere, & ne eorumlibet temeritatem incurfus, aut eos à suo proposito revocet, aut robur, quod ablit, sacra Religionis infringat. Apostolico ipsis præsidio cōmunitate.

§. 1. Ea propter precibus charissimi in Christo filii nostri GG. Illustris Sicilia Regis, benignius inclinati, & vestris postulationibus favore gratuito annuentes, præfatum Monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus.

§. 2. In primis siquidem statuentes, ut 'Ordo Monasticus, qui secundum Deum & B. Basilius Regulam, quæ in eodem Monasterio antiquitus instituta esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

§. 3. Prætereà qualcumque possessiones, quæcumque bona, quæcumque obedientias & Abbatias, Rex Reginus recol. mem. eidem Monasterio per privilegium suum, Bulla aurea communium, concessit, omnem quoque honorem, dignitatem, conuentudines, & quidquid aliud vobis, vestrisque Successoribus contulit, sicut in privilegio suo plenius continetur, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant.

§. 4. In quibus hæc propriis duximus extimendaocabulis. Locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. In Sicilia quidem obedientias has. Ecclesiam S. Leonis de Messana; Ecclesiam S. Stephani de Messana; Ecclesiam S. Nicolai de Yse; Ecclesiam S. Joannis de Psichro; Ecclesiam S. Nicolai de Pelleria; Ecclesiam S. Mercurii de Trama; Ecclesiam S. Nicolai de Canneto; Ecclesiam S. Nicadii de S. Neio; Ec-

clesiam S. Barbari de Menna; Ecclesiam S. Jacobi de Callo; Ecclesiam S. Marthæ de Mallimacho; Ecclesiam S. Petri de Largo Flumine; Ecclesiam S. Veneris de Venillis; Ecclesiam S. Theodori de insula Milasii; Ecclesia SS. Anne & Nicolai de monte Fori; Ecclesiam S. Georgii de Troilo; Obedientiam de Agro; Obedientiam de Salice.

In Calabria autem obedientias has; Ecclesiam S. Pan-

cratii de Ebriatico; Ecclesiam S. Theodori de Nicotera;

Ecclesiam SS. Cosmae & Damiani; Ecclesiam S. Nicolai de Drosio; Ecclesiam S. Viti cum tenimentis de Buzauno;

Ecclesiam S. Jerusalem; Ecclesiam S. Canonis; Ecclesiam S. Joannis de Frulluzano; Obedientiam de Catuna; Obe-

dientiam de Kecusilli cum tercia Argilli; Obedientiam

de Tuchi cum omnibus pertinentiis & tenimentis eo-

rum; Monasteria autem in Sicilia haec; Monasterium S.

Richardi de Messana; Monasterium S. Salvatoris de

Presbytero Scolatio; Monasterium S. Mariæ de Mallas;

Monasterium S. Philippi de Messana; Monasterium S.

Petri de Gitula; Monasterium S. Petri de Agro; Monaste-

rium S. Salvatoris de Placa; Monasterium S. Eliae de Em-

bola; Monasterium S. Basilii de Traina; Monasterium S.

Philippi de Deinanna; Monasterium S. Pancratii; Mono-

nasterium S. Angeli de Brolo; Monasterium S. Mariæ de

Gala; Monasterium S. Georgii de Giplo. In Calabria vero

Monasterium S. Eliae novi; Monasterium S. Joannis de

Laurea; Monasterium S. Fantini; Monasterium S. Pan-

cratii de Salla, cum omnibus obedientiis eorum.

ALEXANDER TERTIUS.

Elegio Archimandrita ad fratres & Monasterii spissat.

Prohibito perturbandi d. Monast.

Sanctio penalis in perturbatores.

Benedictio pro fanatoriis.

D.P. An. 17. die 21. Oct.

VII.

Approbatio Ordinis Fratrum Carthusianorum, cum clargitione gratiarum.

Aliis hic Ordo privilegiis donatus fuit, quorum aliqua vide infra in const. 3. Honor. III. cum dilecti. Greg. IX. const. 3. Quoties. Vrb. V. const. 2. Sincere. Et signanter exemptionem à jurisdictione Ordinorum & aliorum concessit Bonif. IX. in const. 3. Sacrosancta. Et exemptionem à decimis dedit Mart. V. in const. 4. Fons.

Hujus Ordinis obedientia perpetuò esse debet sub Priori Majori domus Carthusiae, & Definitorum Capituli generalis, ex const. 17. Julii II. Dum ad fructus. Privilegia omnia, indulta, exemptiones, & gratiae, tam in spiritualibus, quam in temporalibus concessa, & concedenda, quibusvis Mendicantum, & non Mendicantium Ordinibus communicavit huic Ordini Greg. XV. in const. Ad uberes 42. inf. tom. 4. Et S. Brunonis Confessoris dicti Ordinis fundatoris Festivitatem sub ritu semiduplici die 6. Octob. ubique terrarum celebrandan instituit idem Greg. dicto tom. 4. const. 44. Domini nostri.

Editio A. D. 1176.

ALLEXANDER EPISCOPO PVIS,

Servus Servorum Dei: Dilectis filiis Guidoni Priori Car-

thussen. ejusque Fratribus, & presentibus, quam futuris in

perpetuum Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

Conformatio Ordinis.

Cum vos per Dei gratiam multa promereatis gloria meritorum, & vitam solitariam eligentes, divina contemplationi arctius intendatis, bonus odor Religiosi vestre id ad nos inducit, ut communi, & speciali debito quieti vestre debeat intendere, & jura vestra sumopere conservare.

§. 1. Ea propter dilecti in Domino Filii, vestris justis

postulationibus clementer annuimus, vestramque & alias

domos Ordinis vestri, cum omnibus bonis, pascuis, &

possessionibus, quas impræsentiatum justè, & canonice

possideris, aut in futurum iustis modis, præstante Domi-

no poteritis adipisci, sub B. Petri, & nostra protectione

suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus,

& terminos quos rationabiliter statuistis, vobis, & domi-

bus vestris auctoritate Apostolica confirmamus.

§. 13. Obeyente verò te nunc ejusdem loci Archimandrita, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem Fratres Monasterii, communis consensu, vel fratrum major pars consilii senioris secundum Dei timorem, & Monasterii Regulam, de se ipsis providerint eligendum.

§. 14. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum li-

ceat prefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones afferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione cœcessa sūt, rebus (alias usibus) omnimodis profutura. Salva Sedis Apostolica auctoritate, & Mellanensis Archiepiscopi, sicut supra dictum est, anno censi.

§. 15. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, Secularis ve persona, praefentis constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundò tertiove comonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactio-

correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata ini-

tate cognoscat, & à Sacratissimo corpore & sanguine Dei, ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat.

§. 16. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fauoribus hic frumentum bona actionis percipient, & apud distri-

cum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Dat. Anagnia per manum Gratiani S.R.E. Subdiaco-

ni, & Notarii, 14. Kalendas Novembris, Indictione 9.

Incarnationis Dominicæ 1175. Pontificatus vero D. Ale-

xandri Papæ III. an. 17.

§. 2. Ad hæc, auctoritate Apostolica arctius interdicimus, & sub intermissione anathematis prohibemus, ne quis infra terminos vestros, vel domorum vestrarum, hominem capere, futurum, seu rapinam committere, vel homicidium facere audeat, aut homines ad domos vestras venientes, vel ab eis redeentes, quomodolibet perturba-

re, ut ob reverentiam Dei & locorum vestrorum infra hos terminos, non solum vos, & fratres vestri, sed etiam ali plenam pacem habeant, & quietem.

§. 3. Adjacentes quoque statuimus, ut infra dimidiā leucam, à terminis possessionum, quas habetis, nulli Religioso licet quolibet edificium constitueret, vel posse

sessiones acquirere.

§. 4. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum lie-

ceat vos super possessionibus, vel pascuis vestris, temere perturbare, aut super his vobis molestiam, vel gravamen inferre, vel eas ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed illibata omnia, & integra con-

serventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustenta-

tione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolica auctoritate.

§. 5. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, Secularis ve

persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens,

contra eam temere venire tentaverit, secundò tertiove comonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactio-

correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata ini-

quitate cognoscat, & à Sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena sit, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat.

§. 6. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus Pax nunc sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fauoribus fructum bona actionis percipient, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Alexander Catholice Ecclesie Episcopus subscripsi.

Ego Hubaldus Holstiensis Episcopus subscripsi.

Ego Joannes SS. Joannis, & Pauli Presb. Card. subser.

Ego Albertus Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentii in

Lucina subscripsi.

Ego Ruer. Presb. Card. S. Petri ad vincula subscripsi.

Ego Bosio Presb. Card. S. Pudentiane subscripsi.

Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Marci subscripsi.

Ego Theodinus Presb. Card. tit. S. Vitalis subscripsi.

Ego Manfredus Presb. Card. tit. S. Cæcilia subscripsi.

Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Susanna subscripsi.

Ego Hyacinthus S. Mariæ in Colmedin Diaconus Cardi-

nalis subscripsi.

Ego Cinthius Diac. S. Adriani subscripsi.

Ego Hugo Cardinalis Diac. S. Eustachii juxta templum Agrippæ subscripsi.

Ego Laborans Diac. Card. S. Mariæ in Portico subscripsi.

Ego Raynerius Diaconus Card. S. Georgii ad Vulum aureum subscripsi.

Dat. Anagnia per manum Gratiani S.R.E. Subdiaco-

ni, & Notarii, quarto Non. Septembri, Indictione nona,

Incarnationis Dominicæ Anno 1176. Pontificatus vero

D. Alexandri Papæ III. Anno 17.

De pace cum Friderico Imperatore Venetiis inita,

ejusque absolutione.

VIII.

Eadem ferè literas hic idem Pontifex ad Petrum Abbatem Caffinensem, & Capuanum Archiepiscopum sub die 24. hujus mensis Iulii conscripsit. Et alias ejusdem exempli ad Richardum Cantua-

riensem Episcopum, ejusque suffraganeos direxit.

Sed eas uti huic similes pratermis.

ALEXANDER EPISCOPVS, SERVVS

Servorum Dei: Venerabilibus Fratribus Rogerio Eboraci-

ensi Archiepiscopo, Apostolica Sedis Legato, & Hu-

goni Dunelmensi Episcopo; Salutem & Apostolicam be-

nedictionem.

Xigunt gratissimæ devotionis obsequia, quæ nobis

Certioratio felicis suc-

Ecclesiaz tam devotæ, quam laudabiliter exhibuisse

noscimus

noscimini, ut felices Ecclesiam vobis, sicut specialibus & devotis Ecclesiae filiis spiritualibus describamus, cum dignum sit & coveniens, & honestum, ut quos ita habuimus in nostra devotione firmos, & stabiles, de prosperitate nostra, & ipsius Ecclesiae reddamus hilares & gaudentes. Agite itaque una nobiscum gratias omnipotenti Deo, qui habitat in altissimis, & humilia respicit de supernis, de cuius munere venit, ut sponsa sua Sacra Ecclesia diu & graviter procellos fluctibus, & validissima tempestate quassata, nunc tandem portum salutis attigerit, & pacatis saevientibus procellis, debita & desiderata tranquillitate latetur.

*Ex die 21.
Uli firmata
cum
principibus
riduci
imperiorum.*

§. 1. Sane duodecimo Kalendas instantis mensis Augusti, de mandato charissimi in Christo filii nostri Friderici Illustris Romanorum Imperatoris, presentibus Principibus Ecclesiasticis, & etiam Secularibus Teutonicis Regni, publice in anima ejus, in presentia nostra, coram innueroa hominum multitudine praetiterunt, tamen Sacrosanctis Evangelis, iuramentum, quod postquam idem Imperator veniret Venetias, omni questione, & contradictione sopia, pacem Ecclesiae, sicut per fratres nostros & Principes suos disposita est & tradacta, & pacem charissimi in Christo filii nostri Vilhelmi Illustris Sicilie Regis, usque ad quindecim annos, & tregua Longobardorum usque ad sex annos, in anima sua, & etiam a Principibus suis faciet, sicut in scripto pacis, & tregua continetur, juramento firmari. Et Principes Teutonicis Regni, scilicet Venerabiles fratres nostri Magdeburgensis, Coloniensis, & Christianus dictus Moguntinus Archiepiscopi, & quidam alii in anima sua pro se jurare fecerunt.

*Ex die 24.
Idem imp.
Schismatis
anniversaria
ab absens.
Obedientiam
que buic
summo Pon-
tifici exhibi-
vit.*

§. 2. Nono vero Kal. Augusti praefatus Imperator, sicut tractatum fuerat & dispositum, venit ad Ecclesiam B. Nicolai, quae per unum miliare distat a Venetiis, & ibi tam ipse, quam Archiepiscopi, Episcopi, & alii Principes Teutonicis Regni abrenuntiantur Schismati, per fratres nostros Episcopos & Cardinales, de mādato nostro, praestitibus quibusdam aliis, absolutionis beneficium meruerūt.

§. 3. Deinde venerunt Venetias, & ibi ante Ecclesiam B. Marci praedictus Imperator innumera multitudine virorum, & mulierum presente, & alta voce reddente gratias & laudes Altissimo, nobis sicut Summo Pontifici obedientiam, & reverentiam humiliter & reverenter exhibuit, & recepto a nobis pacis osculo, nos devote dextravit, & cum reverentia qua decuit, & devotione, usque ad altare in Ecclesiam introduxit.

*Ac subseq.
die 25. idem
Pontifex so-
lemniter
Missam cele-
brauit, &
Imperator
affit, & re-
verentiam
preficit.*

§. 4. Sequenti vero die in festo B. Iacobi, ab eodem Imperatore rogati, ad praedictam Ecclesiam S. Marci solemnia celebraturi Missarum accessimus. Et nobis illuc venientibus praefatus Imperator extra Ecclesiam obviam venit, & dextra latere nostro de votè suscepito, nos in Ecclesiam introduxit. Et peractis Missarum solemnitiis, nos usque ad ipsius Ecclesiae portam dextravit. Et cum attendere palefrenum nostrum ibi paratum, stapham tenuit, & omnem honorem & reverentiam nobis exhibuit, quam predecessoribus ejus nostris consueverunt antecessoribus.

*Dicit ergo
latores Do-
mus Dei con-
gaudere,
Dicoque gra-
tias agere
debent.
Dat. P. A.
13. die 26.
Iulii.*

§. 5. Erit itaque sollicitudinis vestra, nobis & Ecclesiae in prosperis successibus congaudere, & effectum pacis aliis devotis Ecclesiae filiis aperire, ut hi quos zelus Domini tangit, de pacis munere divinitus dato in Domino gaudeant, & exultent.

Dat. Venetiis in Rivo alto, 7. Kalend. Augusti.

Indictio XI. Sacri, & generalis Concilii Lateranensis III. pro anno 1179.

*Edita 4.D.
2178.*

ALEXANDER EPISCOPVS,
Servus Servorum Dei: Venerabilibus Fratribus Pisano Archiepiscopo, & universis Episcopis, & dilectis filiis Barberibus per Tuscam constitutis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

*Hic Pontifex
ob causas
hic emittit
tas.*

Quoniam in agro Domini, qui est Ecclesia, tanquam spinæ & tribuli nascuntur quotidie, & pullulat germina vitiorum, cum videlicet, quia proni sunt sensus ho-

minis ad utilium, ab adolescentia sua, tdm quia insimicus homo de malitia sua, zizania, supersemigare non cessat & germem bonum nititur suffocate, necesse est diligenter adesse cultorum, & nunc evellere & amputare jaurata, hunc etiam nascituris nocivis gravaminibus, proficiendi aditum obserare, subsequenter autem & inferre fructiferum germe, & seminare semen bonum, quod trigesimum, sexagesimum, & centesimum fructum fecundante Deo possit afferre. Nam & haec verba illa dominica sonare videntur, quibus Hieremiam Prophetam, & in eo Evangelicum Sacerdotem instruxit, dicit: Dedi verba mea in ore tuo. Ecce confitui te super gentes, & regna, ut evellas, & destridas, & dispersas, & dissipes, & edifices, & plantes. Id autem licet universa Ecclesiarum Rectoribus incumbat, multo tamen fortius minet Romanæ Vrbis Antistiti, qui à Domino IESU CHRISTO, ut caput esset Ecclesiae, in B. Petro accepit, & a pascendis Dominicis ovibus, & fratribus confirmandis, expreßum & speciale noscitur habuisse mandatum.

§. 1. Inde siquidem est, quod nos, licet insufficientes meritis, ad providentiam Apostolica Sedis, & Ministerium universalis Ecclesie à Deo, (ut iphi placuit) disponente vocati, quia in Ecclesia Dei correctione videimus quamplurima indigere, tam ad emendanda quæ diligenter & resolutiva profectum Christi fidei.

§. 2. Quocirca per Apóst. vobis scripta mandamus, qualiter huic nostræ dispositioni plenis desideriis cooperari curetis, & prima Dominica advenientis Quadragesimæ ad Urbe Romam, ducēte Domino veniatis, ut cooperante S. Spiritu gratia, tum in cortigendis enormitibus, tum in statuendis, quæ Deo grata fuerint, cōmuni levemus, Arcam Domini, atque uno ore honorificemus Deum, & Patrem Domini nostri IESU CHRISTI.

Dat. Tusculi, undecimo Kalend. Octob.

LUCIUS TERTIUS PONT. CLXXIII.

ANNO DOMINI M CXXXII.



Lucius III. Laciensis, Hettitus, Ubaldus Allucingolus, Bonagiunta Mordi filius, ex Canonico Laciensi, Presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis ab Innoc. II. & Episcopus Ostiensis & Viterbiensis ab Hadriano IV. factus. Creatus Romæ quart. Kalend. Septembri, & coronatus 3. Kalend. anno 1181. Sedis annos quartuor, menses duos, dies 18. Creavit Cardinales 15. Obiit Verone 7. Kalend. Decembri 1185. Corpus ejus in Cathedrali Ecclesiae sepultum. Non vacavit sedes.

URBA